to. p. 157
78. Vitiatur, & non vitiatur votum,
quando emittitur pro rebus tem-
porariis, obtinendis, quæ ex se
indifferentia sunt, nec à vouente
referuntur ad alium superiorem
finem, quo honestentur, sed in il-
lis solis sistitur. ibid.
79. Votum potest, & non potest
esse de rebus præceptis. pagina
158.
80. Votum non vouendi, validum
est, & non est validum. ibi-
dem.
81. Validum est, & validum non
est votum non petendi voti dis-
pensationem. ibid.
82. Ex voto non petendi communi-
cationem, manet quis obligatus,
& obligatus non manet, ad non
petendam compensationem, vel
irritationem. p. 159.
83. Validum est, & non est validum
ad votum, ad Episcopatum non
ascendendi,

ELSCO

Theol. I

Tom. II

E

& Problematum.

- ascendendi. ibid.
84. Validum est, & non est validum votum abstinendi à delicatis cibis, & ab honesta recreatione. p. 160.
85. Tenet, & non tenet votum, perpetuo in Xenodochio inferuendi, aut laxiorem ingredien- di Religionem. ibid.
86. Validum est, & validum non est votum de matrimonio contrahen- do, si fiat animo non consummandi sed Religionem petendi. ibid.
87. Votum de matrimonio contra- hendo validum est, & non est validum quando quis se experi- tur adeo ad carnis piacula pro- cliuem, vt vix possit se contine- re. p. 161
88. Validum est, & validum non est votum absolute prolatum du- cendi pauperem meretricem titulo pietatis: quia continet, & non continet eam conditionem: si aliquem ducturus sum ibid.
89. Valida sunt, & non sunt valida hæc Vota: *Promitto, me nullam Religionem ingressurum, nisi Societatis Iesu* (v. g.) *Promitto, non recitaturum nisi flexis genibus, & similia.* ibid.
- Cap. 10. Circa Voti obligationem. p. 162.
90. Ex sola intentione vouentis, sup- posita materiæ grauitate, potest, & non potest Voti obligatio limi- tari, vt sit levis. ibid.
91. Obligatio Voti est, & non est so- lius fidelitatis. ibid.
92. Quis se obligare potest, & non potest voto ad solos actus exter- nos, & ad internos minimè. p. 163
93. Qui vult Rosarium Desparæ recitare, satisfacit, & non satisfacit id alternatim recitando. ibid.
95. Quis voto emissio, promissit in D. Iacobum (verbi gratia) pere- grinationem gerere, at mercede conductus, vel alterius negotij causa, aut curiositatis, aut vi coa- ctus peregrinationem huiusmodi suscepit. Hic satisfacit, & non sa- tisfacit Voti obligationi. p. 164
96. Excusatur quis, & non excusatur à Voto ieiunandi sextis feriis vel Sabbato, vel die alia, si hisce die- bus dies Natalis Domini incide- rit. ibid.
- Esob. & Mend. Theol. Mor. To. IV.*
97. In transgressione ieiunij feria sex- ta Natalis Domini committitur, & non committitur duplex pia- culum, vnum in omissione Præce- pti, alterum in violatione voti. ibid.
98. Violans ieiunium ex voti obliga- tione, peccat, & non peccat toties quoties carnes comedit illa die. p. 165.
99. Carens Bulla Cruciatæ ex vi voti ieiunij, tenetur & nō tenetur à la- ticipiis abstinere in Quadragesi- ma, aliisque temporibus, in quibus ex cōsuetudine ab iis abstinetur. ibid.
100. Emisit quis votum ieiunandi in pane, & aqua, quod semel vio- lauit vinum hauriendo. Hic autem post primam violatio- nem potest, & non potest sæpius bibere absque noua voti violatio- ne. ibid.
101. Promittit quis Ecclesiæ vnum seruum ex iis, quos habet, & ante voti adimplerem pereunt om- nes serui præter vnum, Hic tene- tur, & non tenetur integre ad voti executionem. p. 166
102. Rem determinatam quis vni Ecclesiæ speciatim promissit, sed post votum emissum, dubitat, cui- nam promiserit Ecclesiæ, potest hic, & non potest rem promissam, cui maluerit ex his Ecclesiis ap- plicare. ibid.
103. Executio voti potest & non po- test differri quousque vouentis conscientiam pro executione re- mordeat, si vouens tempus non determinauit. p. 167
104. Mortale est, & non est mortale peccatum voti Religionis, aut ser- uij perpetui in Xenodochio (verbi gratia) executionem ultra sex menses differre. ibid.
105. Si cum quis votum emittit, se cō- gnoscit fore impotentem ad illius executionem, tenetur, & non te- netur, per alium implere. ibid.
106. Quis Religionem ingressus post votum reale factum, vult votum illud professione nō extinguere. Manet quidem, & non manet hæres obligatus. p. 168
107. Cum pluribus votis realibus ob- stritus est defunctus, nec hæredi- tas sufficit omnium solutioni, te- tur & non tenetur hæres pro ra- ta diuidere. ibid.
108. Quan-

Index Capitum,

108. Quando non constat quodnam votum melius sit, aut quodnam prius fuit emissum à defuncto vouente: hæres tenetur & non tenetur pro rata diuidere omnium votorum satisfactionem. p. 169.
109. Filius votum Religionis emitit sub hac conditione, si pater consenserit: Impleta est, & impleta non est conditio, si declarato filij voto, pater consentiat. licet postea dissesctat. ibid.
110. Conditio Voti debet & non debet in specifica forma impleri: sufficit, & non sufficit, si in æquiualehti impleatur. p. 170
111. Culpabiliter impediens Voti appositam conditionem, tenetur, & non tenetur Voto, ac si conditio impleta esset. ibid.
112. Quis duplex Votum emitit, alterum de fornicatione vitanda, alterum pœnale de peregrinatione gerenda. Sublato Voto de fornicatione vitanda, sublatur censetur, & non censetur sublatur votum de pœna illa incurrenda, si deliquerit. p. 171
113. Si quis duplici voto est adstrictus, altero vitandi fornicationem altero pœnæ subeunda, si non vitauerit, ad impetrandam dispensationem Voti principalis debet, & non debet necessario Voti accessorij pœnalis mentionem gerere. ibid.
114. Votum quis emitit de vitando ludo, & casu quod non vitet, de subeunda pœna, votum pœnæ debet, & non debet intelligi de sola prima vice. p. 172
115. Cum quis subditus petit à superiore facultatem de voto promissam gerendam, tenetur, & non tenetur, Votum manifestare. ibidem.
116. Parochi, aliive Clerici Beneficium habentes residentiam requirens, possunt & non possunt Religionem vouere, nisi sub conditione petendi ab Episcopo facultatem. Licet opus non est eam ab illo impetrare. p. 173
117. Pœnitere de voto facto, seu affici tristitia, quod illud emisit, est, & non est veniale piaculum. ibidem.
- Cap. 21. Circa Voti Irritationem. ibidem.
118. Irritandi, Vota potestas ortum habet, & ortum non habet, à naturali iure. ibid.
119. Competit, & non competit Pontifici, aliisque Ecclesiæ Prælati directæ irritandi vota potestas. p. 174
120. Peccant, & non peccant mortaliter superiores, qui subditis reuocant licentiam datam ad vouendum, facta promissione non reuocandi. p. 175
121. Taciturnitas, ac dissimulatio superioris sufficit, & non sufficit, vt enseatur licentiam vouendi subdito seu voti emissi approbationem impertire. ibid.
122. Si Superioris taciturnitati interuenus consensus addatur, esto vouenti subdito nō manifestus: Sufficit, & non sufficit, vt Superior licentiam, aut consensum impertire censeatur. p. 176
123. Pater, & Mater possunt, & non possunt post pubertatem, & emancipationem irritare vota filij, ante pubertatem emissā, nec in pubertate confirmata, seu approbata. ibidem.
124. Curator potest, & non potest post pubertatem vota personalia minoris in pueritia emissā, irritare. p. 177.
125. Irritativa potestas extenditur, & non extenditur ad Vota emissā tempore subiectionis, implenda tamen subiectione dissoluta. ibid.
126. Emitit filius puer, vel vxor, vel seruus votum quod ex se, vel ex intentione vouentis est perpetuum: Potest & non potest id votū à parente, à marito, à domino penitus irritari. p. 178
127. Irritativa directæ potestas extenditur & non extenditur ad vota emissā tempore, quo vouentes sui iuris erant. ibidem.
128. Irritatio, & suspensio voti procedens à dominatiua potestate, potest, & non potest licite sine causa concedi. ibid.
129. Irritativa potestas potest, & non potest alteri delegari. p. 179
130. Potest, & non potest maritus omnia vxoris vota durante matrimonio, irritare. ibid.

131. Votum

ELSCO

Theos I

Tom III

E

& Problematum.

131. votum castitatis ab vxore absque viri consensu emissum, potest, & non potest ab illo irritari. p. 180
132. Potest & non potest vxor votum mariti de non petendo debito irritare. ibid.
133. Sub nomine patris ad voti irrationem venit & non venit herus, vel Magister deficientibus patre tutore, aliisque ascendentibus. pag. 181
134. Mater Minoris habet, & non habet eandem, ac pater ad votorum irrationem, potestatem. ibid.
135. Prælati Regularis potest: & non potest omnia Religiosi subditi vota irritare. p. 182
136. Abbatissæ ac Priorissæ Monialium vota omnia possunt, & non possunt uti Prælati Regulares, irritare. ibid.
- Cap. 22. Circa voti Dispensationem. p. 183
137. Si petens dispensationem voti illamque concedens, bona fide procedant, existimantes, causam esse legitimam: valet, & non valet, dispensatio. ibid.
138. Leuitas in vouendo est & non est sufficiens dispensationis causa. ibid.
139. Prælati Regularis potest, & non potest, potestate Ordinaria, in Nouitiorum votis dispensare. p. 184
140. Votum illud in quo Votum reseruatum commutatum est Pontificia autoritate: manet, & non manet similiter reseruatum. p. 185
141. Reseruata sunt, & reseruata non sunt tam Vota pure conditionalia, quam pœnalia post impletam conditionem, sed possunt, & non possunt à Prælati inferioribus dispensari. ibid.
142. Cum alicui delegetur facultas dispensandi in omnibus Votis: intelligitur, & non intelligitur concessa esse etiam ad vota reseruata præter votum castitatis, & Religionis. p. 186
143. Cōcessa alicui dispensandi potestate eo ipso cœsetur, & nõ eo ipso concessa, commutandi vota, potestas. p. 187
- Esch. & Mend. Theol. Mor. Tom. IV.

- Cap. 23. Circa voti Commutationem. ibid.
144. Potest quis, & non potest, propria autoritate votum in rem æqualem commutare. ibid.
145. Commutatio potest, & non potest fieri in paulo minus minorem materiam. p. 188
146. Commutatio Voti facta propria autoritate, vel alterius carētis iurisdictione in æquale, vel in minus, est, & non est omnino irrita, si vouens supplicat, quod commutationi defuit, vi esset in bonum euidenter melius. ibid.
147. Quando commutatio fit in minus autoritate Prælati, etiam si nulla ad commutandum causa subiniedum ad minuendum, valet, & non valet commutatio cum sola obligatione supplēdi id, quod defuit ad æqualitatem materiæ subrogatæ cum promissa. p. 189
148. Facta materia subrogata inutili, vel impossibili ob culpam vouentis, reuiviscit, & non reuiviscit voti obligatio. ibid.
149. Redeunte obligatione prioris materiæ commutatæ in voto castitatis, & Religionis extinguitur, & non extinguitur materiæ subrogatæ obligatio. p. 190
150. Si Commutatio facta sit in rem æqualem, licitum est, & licitum non est, vouenti ad priorem materiam redire. ibid.
151. Si Votum, vel autoritate propria, vel Prælati in melius fuerit commutatum, licitum est, & non est licitum ad materiam priorem transitus. p. 191



LIBER XXX.

Decalogi Præceptum tertium.

SECTIO I.

De tertio Decalogi Præcepto receptiores sine pugna Sententia. p. 192.

Cap. 1. De diei Dominicæ & aliorum Festorum institutione. p. 192

i 2

Cap. 2.

BAR
MOR
I. IV
I V

Index Capitum,

- Cap. 2. De operibus prohibitis, & permissis in die Festo. p. 193
 Cap. 3. De causis excusantibus laborantes in die Festo. p. 196

SECTIO II.

De Præcepto Decalogi Tercio Proble-
mata. p. 197

Cap. 4. Circa ea, quæ ad Præceptum de Sanctificandis Festis in communi pertinent. p. 197

Probl. 1. Diei dominici observatio est, & non est iuris Divini. ibid.

2. Observatio Dominici diei potest, & non potest humana lege, vel consuetudine abrogari. p. 198

3. Est, & non est præceptum divinum, vel naturale de instituendis aliquibus festis diebus. ibid.

4. Festi dies à media nocte usque ad alteram mediam noctem debent, & non debent univ ersaliter computari. ibid.

5. Humana potestate spatium viginti & quatuor horarum diei festi valet, & non valet imminui. p. 199

Cap. 5. Circa eos, qui facultatem habent dies Festos instituendi. ibidem.

5. Episcopi habent, & non habent ius diem festum instituendi alicuius nondum in Sanctorum numerum relati à Pontifice. ibid.

6. Beatificante Pontifice aliquem Sanctum licet, & non licet cuilibet Episcopo festum illius publice instituere. ibid.

7. Ut Episcopus diei Festi obligationem constituat, requiritur, & non requiritur necessario Cleri ac populi consensus, vel pro vna vice vel altera. p. 200

8. Ex vi consuetudinis potest, & non potest Episcopus dies festos constituere absque Cleri, seu Capituli consensu: vna vel altera vice. ibid.

9. Episcopus potest, & non potest dies festos sine populi consensus constituere ex vi consuetudinis. p. 201

10. Consuetudo totius Cleri, & po-

puli habet & non habet vim introducendi dies festos, sine Episcopi consensu. ibid.

11. Episcopus aliquot dies festos abrogat, & non obstante tali abrogatione, populus eorum observationem continuat: Tunc consuetudo manet, & non manet in suo vigore, ad obligandum. ibid.

12. Excusatur, & non excusatur certum genus mechanicorum, cum consuetudo est, eos solum operari, reliquo populo festum observante. p. 202

13. Sæculares Principes habent, & non habent potestatem obligandi populum, dies festos observare. ibid.

Cap. 6. Circa eos, qui dies festos observare tenentur. ibid.

14. Pueri statim ac usum rationis aduentarint, tenentur, & non tenentur præcepto observandi Festa. ibid.

15. Pueri, qui ante septennium rationis usu pollent, tenentur, & non tenentur dies festos observare. p. 203

16. De puero aliquo dubitatur, num usu polleat discretionis: Hic tenetur, & non tenetur festos dies observare, si septennis non sit. ibid.

17. Peregrini cum absentes sunt, tenentur, & non tenentur, festa suæ patriæ observare cum non observantur in loco, ubi adsunt. ibidem.

18. Quando in proprio loco viget festi observandi præceptum: licitum est, & non est licitum ex intentione non servandi festum ad alium locum, aut Parœciam divertere, ubi tale festum non colitur, ut opera servilia possit exercere. p. 204

19. Quis è loco proprio egreditur diluculo, ut in alio ubi festum illud non colitur, valeat servile opus exercere: Hic tenetur, & non tenetur prius quam exeat, Missam audire. p. 205

20. Peregrini, Scholastici, Doctores, Præfeti, milites, &c. tenentur, & non tenentur observare diem festum proprium loci, in quo animo non persistendi etiam diu commorantur. ibid.

21. Reli-

ELSCOI

Theos I

Tom III

Ep

& Problematum.

21. Religiosi exempti tenentur, & non tenentur, obseruare festa non ex Episcopi precepto, sed ex consuetudine inducta. p.206
22. Viatores tenentur, & non tenentur obseruare festa propria locorum, ad quæ solum perueniunt ut ibi per tres, quatuor, vel quinque dies recreationis, vel negotiationis gratia commorentur. ibidem.
23. Aduenæ tenentur, & non tenentur festa obseruare propria locorum locorum etiam si per vnicum diem ibi commorentur. ibid.
24. Aduenæ tenentur, & non tenentur seruare festa propria loci per quem transeunt, ibi solum pranduri, aut pernoctaturi, & die discessuri crastino. ibidem.
25. Duplicis Parocciæ incola tenentur, & non tenentur obseruare festa illius Parocciæ in qua perbreui tempore, veluti in hospitio reperitur. p.207
- Cap. 7. Circa opera in die festo prohibita. ibid.
26. Mortale est, & non est mortale, vna hora seruile opus in die festo sine necessitate exercere. ibid.
27. Opera communia liberis, & seruicis, ut sunt venari, ac piscari, quæ quidem sunt licita liberis, sunt, & non sunt licita, si à seruis gerantur. p.208
28. Licitum est, & non est licitum die festo studiis incumbere, quæ sacra vel spiritualia non sint. ibid.
29. Docere alios lucri causa licet, & non licet in die festo. ibid.
30. Licitum est, & non est licitum in die festo cantare, pulsare instrumenta musica, vel consilium dare propter lucrum. ibid.
31. Licet, & non licet in die festo scribere, sine lucri fine. p.209
32. Scribere propter lucrum, est, & non est opus prohibitum in die festo. ibid.
33. Prohibitum est, & non est prohibitum in die festo transcribere ob quæstum. ibid.
34. Licet, & non licet, in die festo rationem facere: vulgariter *Dar y tomar cuentas*, siue fiat ex officio, aut ad lucrum siue non. p.210
35. Licet, & non licet Typographo in die festo characteres componere. ibid.
36. Actio pingendi est, & non est in die festo licita, dum lucri causa perficitur, non animum relaxandi, aut artem addiscendi gratia. p.211
37. Actio pingendi est, & non est licita in die festo, cum sit recreationis gratia. ibid.
38. Licitum est, & non est licitum, in die festo iuuenes pingere, addiscendi artem intentione. ibidem.
39. Licet, & non licet puellis in die festo acu pingere, seu recamaturas facere. p.212
40. Licet, & non licet adolescentulis diebus festis filia ducere, aut aliud opus seruile exercere, ad otium repellendum. ibid.
41. Ad vitandam peccandi occasionem ex otio proueniẽtem, potest quis, & non potest in festo seruiliter laborare. ibid.
42. Piscatio, aucupatio, & venditio si ob recreationem fiat, est, & non est in die festo licita. pagina 213.
43. Aucupatio, ac venatio licita est, & non est in die festo, si ex officio, aut lucri causa geratur. ibid.
44. Licitum est, & non est, in festo piscari in pelago aut recreationis, aut lucri causa. ibidem.
45. Licitum est, & non est in die festo prælatio extra necessitatem. p.214
46. Licitum est, & non est, in die festo molendinis aquæ, aut venti molere. ibid.
47. Licet, & non est licet molere die festo in molendinis, vel pistrinis, quæ terunt triticum opere bestiarum. pagina 215.
48. Licitum est, & non est die festo longum pedestre gerere iter, per se quidem, & non spectata consuetudine. ibidem.
49. Licet

BAR
MOR
I. IV
IV

Index Capitulorum,

49. Licitum est, & non est, in festo animalia aut currus onustos de vno loco ad alium deferre. *ibid.*
50. Licitum est, & non est: licitum mulionibus iter cum iumentis, aut curribus onustis iter die festo incipere. *p. 216*
51. Licet & non licet, imponere festis diebus onera perpetuo amen- ti, aut seruo infideli. *ibid.*
- Cap. 8. Circa actiones, quæ liberales cum sint, sunt tamen speciali iure in festo prohibita. *ibid.*
52. Ex consuetudine saltem licita sunt, & non sunt licita Nundinae publicae, quæ assolent semel aut bis in anno fieri in diebus festis. *ibid.*
53. Hebdomadarij Mercatus possunt & non possunt in die festo licite geri. *p. 217*
54. Mortale est, mortale non est ven- dere, & emere in die festo ibi- dem.
55. Citatio facta in festo illicita qui- dem est & non est inualida. pa- gin. 218
56. Citatio facta pro die festo nulla prorsus pro assignato die, obligat, & non obligat partem, ad com- parandum die proxima sequen- ti ad diem festum. *ibid.*
57. Si Iudex imperet, vt intra duo- decim dies (verbi gratia) pars cõ- pareat & dies duodecimus signa- tus est festus: tenet, & non tenet mandatum. *p. 219.*
58. Cũ Iudex imperat, vt intra duo- decim dies pars compareat, & duodecima dies est festiua: tene- tur pars, preuenire apparitionem ante diem duodecimum, potest & non potest in diem sequentem duodecimum differre. *ibidem.*
59. Testium, examinatio (si iuramẽ- tum non adsit,) licita ac valida est: & non est in die festo. *p. 220*
60. Iuramentum iudiciale est, & non est in die festo prohibitum. *ibid.*
61. Iuramentum pro causa spiritua- li est, & non est in die festo lici- tum & validum. *ibid.*
62. Sententia criminalis lata in die non festo, potest non potest in die festo executioni dari. *p. 221*
63. Sententia excommunicationis suspensionis, & interdicti vali- da est, & non est valida lata in diebus festis. *ibid.*
64. Appellatio est, & non est licita, aut valida in die festo. *ibid.*
65. Iudex licite potest, & non potest actus iurisdictionis voluntariae exercere. *p. 222*
66. Confessio rei cuiuscumque po- test, & non potest valide, ac lici- te in die festo recipi. *ibid.*
67. Actus extrajudiciales sunt & non sunt in die festo prohibiti. *ibidem.*
68. Aduocato, ac Procuratori licitum est, & non est die festo iudicem verbo aut scripto super litem in- formare, si id fiat ob lucrum. pa- gina 223
69. Quodlibet lethale est, & non est specialiter in die festo prohibi- tum. *ibid.*
70. Delinquens in die festo perpetrat, & non perpetrat culpam venia- lem contra Religionem. *ibidem.*
- Cap. 9. Circa causas à præcepto Ob- seruationis Festorum excusantes *p. 224*
71. A mortali excusatur, & non excu- satur qui tertiam partem diei festi per octo horarum spatiũ serui- liter laborat. *ibid.*
72. Excusatur, & non excusatur à mortali, qui tertiam partem diei festi insumit in seruii opere: sumptam duntaxat de eo tem- pore, quod regulariter seruii in opere assolent artifices in- sumere. *ibid.*
73. Excusatur, & non excusatur à mortali, qui in die festo trium horarum spatium operi dat serui- li. *ibid.*
74. Mortalis criminis reus est, & non est, qui duas integras horas diei festi in opere seruii consumit. *ibid.*
75. A mortali excusatur, & non ex- cusatur, qui diebus festis pluribus modico tempore laborat. pagi- na. 225.
76. A peccato excusantur, & non excusantur, qui in die festo præ- parant cibos qui potius ad dele- ctationem, quam ad sustentatio- nem necessariã exponuntur. *ibid.*
77. Violant, & non violant festi im- munitatem, qui absque necessita- te panes conficiunt & coquunt. *p. 226*
78. Ex

ESCOI

Theob. I

Tom. III

E

& Problematum.

78. Excusantur, & non excusantur agricolæ, qui messis, ac vindemiæ tempore in festo laborant, quamvis nullum certum damnum imminere videatur. *ibid.*
79. Excusantur, & non excusantur, qui decoctionem ferri, aut vitri in die festo incipiunt. *ibid.*
80. Excusantur, & non excusantur qui decoctionem calcis, saponis, laterum, regularum, ollarum, & huiusmodi in festo continuant. p. 227.
81. Ab Observatione excusantur, & non excusantur qui decoctionem calcis, saponis, laterum, regularum, ollarum in die festo incipiunt. *ibid.*
82. Excusantur à peccato famuli barbonorum, qui à suis dominis laborare in festis compelluntur, si ipsi sint liberi. *ibid.*
83. Excusantur, & non excusantur artifices, qui tabulata extruunt in festo, ad comediarum publicam recitationem. Vbi de Artoribus, aliisque artificibus plura enuncio. p. 228
84. Excusantur, & non excusantur à piaculo qui ferrant lumenta iter non agentia. p. 229
85. Licet, & non licet die festo pontes, fontes publicas, vias, & alia huiusmodi reficere eo quod sine incommodo non valeant hæc in dies profectos differri. *ibid.*
86. Excusantur, & non excusantur à peccato, qui causa pietatis in festo servilia opera exercent. *ibidem.*
87. Eximuntur, & non eximuntur à piaculo, qui in die festo laborant, ut ex lucro eleemosynas pauperibus erogant. p. 230
89. Excusantur à lethali peccato, & non excusantur, qui sine rationabili causa Tempia tapetibus exornant die festo, hostias conficiunt, &c. *ibid.*
90. Tota die festi aut illius parte notabili dare operam ablucendis sacris vasibus, Purificatoriis, & reliquis linteis Sacerdotalibus, & alia huiusmodi, est & non est prohibitum. *ibid.*
91. A peccato immunis est, & non est, qui festo die agros Ec-

clesiæ colit, terit, metit. Tempora extruit, lapides, & ligna ad ædificium deportat. p. 231

92. Liberantur, & non liberantur à crimine, qui die festo laborant, nè prætereat occasio lucrum notabile acquirendi, quod alias acquirere non possent. *ibid.*



LIBER XXXI.

Decalogi Præceptum quartum.

SECTIO I.

De Præcepto quarto Decalogi, receptiores sine pugna sententia. p. 232.

- Cap. 1. **D**E reuerentia à filiis parentibus præstanda, eorumque obligationibus. p. 232
- Cap. 2. De Parentum erga filios obligatione. p. 233
- Cap. 3. De mutua Herorum, Famulorumque obligatione. p. 234
- Cap. 4. De mutua Prælati Ecclesiastici ac Clerici subditi obligatione. p. 235.
- Cap. 5. De mutuis laici Principis eiusque subditorum obligationibus. p. 236
- Cap. 6. De mutua serui, & domini obligatione. *ibid.*
- Cap. 7. De obligatione viri ad uxorem, & uxoris ad virum. *ibid.*
- Cap. 8. De mutuis Magistri ac Discipuli obligationibus. p. 237.

SECTIO II.

De Præcepto Quarto Decalogi Problematum. p. 237

- Cap. 8. **C**irca mutuam parentum, ac filiorum obligationem. *ibidem.*
- Probl. 1. Parens, exponens filium, i 4 quan-

BAR
MOR
I. IV
IV

Index Capitum,

- quando eum alere potest, tenetur, & non tenetur ad restitutionem. ibidem
2. Pater tenetur, & non tenetur filios, & filias spurias pauperes dotare sicut naturali iure alere obligatur. p. 238
3. Si filij qui votum castitatis emisere, id sapè ex incontinentia violent: parentes possunt, & non possunt eis suadere, vt ducant uxorem. ibid.
4. Filij Catholici tenentur, & non tenentur parentibus hæreticis, ethnicis, Turcis: & parentes Catholici tenentur filiis hæreticis, Ethnicis, Turcis alimenta impertire, (etiamsi conuerti nolint,) in graui necessitate. p. 239
5. Filius tenetur & non tenetur patrè infidelem in extrema necessitate constitutum alere, si conetur eum à fide auertere. ibid.
6. Fiscus tenetur, & non tenetur, ex bonis confiscatis patrum filios Catholicos extremè laborantes alere. ibidem
7. Tenentur, & non tenentur naturali ex iure, parentibus filij in extrema necessitate constitutis alimenta impertire. pagina 240
8. In necessitate extrema prius succurrendum patri, quàm proprio filio, prius succurrendum proprio filio, quàm patri. ibidem.
9. Tenetur, & non tenetur filius in Religione professus, ex ea exire si in sæculo melius possit parentes graui necessitate laborantes succurrere, siue necessitas ea antecesserit professionem siue fuerit ei subsecuta. p. 241.
10. Quando Religiosus petita, & non obtenta licentia, Monasterium licitè egreditur, ad iuuantos parentes in graui necessitate constitutos: potest, & non potest licitè habitum externum dimittere, si dimisso valeat, & non dimisso non valeat parentes iuuare. p. 242
11. Parentibus, & creditoribus ad extremum redactis tenentur, & non tenentur filij potius parentibus, quam creditoribus subuenire. ibid.
12. Esto teneatur debitor prius sibi, quam creditori subuenire, dum ipse, & creditor eadem extrema laborant necessitate. Porro redeunte meliori fortuna, debitor tenetur & non tenetur, id quod parenti dedit succurrere, creditori restituere. ibid.
13. Filij maiores natu tenentur, & non tenentur, debita parentum soluere ex bonis maioratus. p. 243
14. Possunt, & non possunt filia in qualibet ætate cuiumque nubere siue digno, siue indigno absque metu exclusionis à dote, & alimentis. Quia huiusmodi poena exhæredationis per ius Canonicum est, & non est abrogata. ibid.
15. Potest, & non potest de iure communi, ac Cæsareo filiaque ante vigesimum quintum ætatis suæ annum nupsit indigno, libero tamen, sine parentum consensu exhæredari. p. 244
16. Quando pater non exhæredauit filium, nec filius patrem de iure communi: possunt, & non possunt hæredes hoc allegare, vt ab eis hæreditatem adimant. p. 245.
17. Præter illas causas proximo problemate assignatas, possunt, & non possunt parentes filium, & filius parentes exhæredare. p. 246
18. Peccat, & non peccat mortaliter filius, qui non vult ducere dignam, quam pater præcipit & aliam ducit æque dignam uxorem, sine rationabili causa ducendi præter ipsiusmet voluntatem. ibid.
19. Filios suppositos, vel adulterinos tenetur, & non tenetur mater id manifestare, vt hæreditatem legitimis restituat. ibidem.
20. Si legitima restituenda filio legitimo sit illustris maioratus, Regnum, Ducatus, Comitatus, mater adultera, vel suppositi partus rea, tenetur, & non tenetur, id manifestare. p. 247
21. Adulter tenetur, & non tenetur legitimis amasæ filiis damnum restituere.

ELSCO

Theos I

Tom II

E

& Problematum.

restituere, in eo casu, quod esse prolem suam agnoscit, & nullam habet probabilem rationem de contrario dubitandi. ibid.

Cap. 9. Circa mutuam Mariti, & Vxoris obligationem. p. 248

22. Tenetur, & non tenetur maritus ē patria recessurus secum deferre vxorem, si illa eum velit comitari in iis casibus, in quibus ei licet ab ea, ve inuita diuertere. ibid.

23. Vota longæ peregrinationis coniugis sunt, & non sunt ipso iure irrita. p. 249

24. Coniux Catholicus tenetur, & non tenetur admittere coniugem hæreticum, si post sententiam de hæresi latam ab eo diuertit conuerso, & velit in sæculo sic remanere. ibid.

25. Ut coniux Catholicus valeat perpetuò separari à coniuge hæretico conuerso: requiritur, & non requiritur specialis sententia diuortij: & sufficit, & non sufficit condemnatoria hæresis sententia. p. 250

26. Post sententiam latam, qua vxor declaratur hæretica, potest, & non potest eius vir sacris ordinibus, manens in sæculo, initiari: sicut potest, si velit, ad Religionem transire ea inuita, & renitente. ibid.

27. Post adulterium potest, & non potest vir innocens sacris ordinibus initiari, inuita & reclamante vxore adultera, sicut ad Religionem potest conuolare. p. 251

28. Maritus tenetur, & non tenetur alere vxorem, quam sine dote duxit, quando illa est diues, aut pater eius. ibidem.

29. Quando mortuo viro nulla suppetunt viri bona, vxor vidua tenetur, & non tenetur ex bonis suis dotalibus, & arrhis soluere debita à viro suo contracta ad ipsam, & familiam alendam, verbigratia, ad soluendum famulorum mercedem, domus locationem, vestes, & cibaria. p. 252

30. Vxor non plus infumens de bonis à marito per vsuras acquisitis, quàm quod ad congruam sustentationem sufficeret iuxta

personæ propriæ qualitatem tenetur postea, & non tenetur de suis bonis satisfacere iis, quibus maritus per vsuras damnum egit, si ipse nihil habuit, vnde solueret. ibid.

31. Maritus tenetur, & non tenetur vxori adulteræ alimenta impertire. p. 253

32. Maritus tenetur, & non tenetur vxorem alere, dum eam in osculis, & amplexibus cum alio deprehendit. ibid.

33. Vir debet, & non debet alimenta vxori adulteræ impertire, si à principio ipse causam dedit adulteri, eam domo iniuste pellendo, vnde illa fuit in adulteriū lapsa. ibid.

34. Si dos promissa integre non soluitur, tenetur, & non tenetur maritus vxorem alere, pro rata acceptæ dotis. p. 254

35. Maritus tenetur, & non tenetur, vxorem alere, quando parentes dotem dolose, minimè soluturi, promiserunt. ibidem.

36. Quando vir non tenetur vxorem alere ob promissam dotem non solutam: potest eam non traducere, traductamque domo, expellere. ibid.

37. Socer non soluit genero totum dotis promissæ capitale, sed partem illius: tenetur gener, & non tenetur minuere de perceptione fructuum rei oppignoratæ aliquid pro rata. p. 255

38. Vxor nobilis tenetur, & non tenetur præstare marito quæcumque vilia obsequia, ex iustitia, & vi contractus matrimonij, si licita sint. ibid.

39. Ut vxor teneatur virum sequi aliò domicilium mutantem, necessarium est, & non est necessarium, ut detur causa mutandi illud. p. 256

40. Vir tenetur vxorem, quam dotalam duxit, alere, si ob vxoris culpam vel hæresim publicata fuit, siue eam ad suum admitteret consortium, siue non admitteret. ibid.

Cap. 10. Circa mutuam obligationem Domini, serui, ac famuli. pagin. 257.

Index Capitulorum,

41. Famulo, qui promisit seruire anno integro, pro assignato stipendio, si primis sex mensibus tantum inferuiat, dominus tenetur & non tenetur dimidium mercedis soluere. *ibid.*
42. Si famulus seruiat minori pretio infimo sperans aliquod beneficio à domino esse donandum, quod postea minimè accipit. Hic potest licitè, & non potest, id occultè compensare. *ibid.*
43. Dominus potest licitè, & non potest vendere mancipium, quod de ineundo matrimonio finè illius licentia tractat. p. 258
44. Non est integrum, & integrum est dominis seruos coniugatos, qui sine eorū consensu iniere coniugium, in partibus longinquis separatim vendere. *ibid.*
45. Peccat, & non peccat herus, qui famulis arculam apertam relinquit eo fine, ut furentur, & postea ab illis caueant. Vbi plura de licitis & illicitis furtis famulorum enuncio. p. 259
- Cap. 1. Circa mutuam fratrum ac sororum obligationem. p. 260
46. Frater vterinus tenetur, & non tenetur saltem pro ratione alimentorum sorores, ac fratres vterinos dotare, sicut alere tenetur. *ibid.*
47. Fratres, & patres Clerici, & beneficiati possunt & non possunt tuto conscientia sorores, ac fratres suos, ac filias etiam spurias ex fructibus Beneficij dotare, ex eo capite: Quia dos succedit alimentorum loco. *ibid.*
48. Fratres, ac patres Clerici tenentur, & non tenentur Fratres, Sorores, filios, ac filias etiam spurias ex bonis Ecclesiæ dotare. p. 261.
49. Licet, & non licet Clericis ex fructibus Beneficij dotare sorores spurias vel spurios fratres ex coitu legibus damnato. *ibid.*
50. Huiusmodi fratribus, sororibus, filiis, seu filiabus spuris solummodo præstanda sunt, & non solummodo sunt præstanda alimenta quæ ad vitæ sustentationem sunt precisè necessaria. *ibid.*
51. Vestes pretiosæ, quas sponsæ solent mittere sponis suis, ut in die nuptiarum illis induantur, soluto breui matrimonio, per obitum sponsæ, & in dubio, an sponsus voluerit ea ornamenta absolute donare; pertinent, & non pertinent ad hæredes sponsæ. *ibid.*
52. Patrimonium Sacrorum Ordinum est, & non est adducendum ad collationem, si attingat aliorum fratrum legitimam & tertiam patris dotantis. p. 263
53. Patres tenentur, & non tenentur filios alere in studiis quoad usque illa absoluant. *ibid.*
54. Libri filiis à parente ad studendum dati, sunt, & non sunt ab onere collationis exempti. p. 264
55. Filius tenetur, & non tenetur, cum aliis fratribus, & cohæredibus ad collationem ea quæ male insumpsit adducere. *ibid.*

LIBER XXXII.

Præceptum Decalogi quintum.

SECTIO I.

De Præcepto quinto Decalogi, receptiores sine pugna sententia. p. 265.

- Cap. 1. **D**E Homicidio, quod permittitur p. 265
- Cap. 2. De Homicidio, quod prohibetur. p. 268
- Cap. 3. De Homicidio casuali. pagina 270.
- Cap. 4. De Restitutione propter Homicidium. p. 271

SECTIO

& Problematum.

SECTIO II.

De *Præcepto Decalogi Quinto Problemata.* p. 273

Cap. 5. Circa Homicidium licitum p. 273

1. Licitum est, & non est, inuasorem occidere, cum moderamine inculpatae tutelæ. ibid.
2. Licitum est, & non est, inuasorem occidere, qui festum, vel alampam viro honorato vult infligere. ibidem.
3. Licet, & non licet, cuique, præuenire aggressorem, eumque priusquam inuadat, occidere. ibid.
4. Si Petrus statuatur, per famulum Antonium occidere: licitum est, & non est, Antonio, cui nulla euadendi est spes, ante irruptionem famuli, Petrum imperantem interimere. p. 274
5. Licet, & non licet, occidere falsum testem, pergentem ad testificandum contra te, cuius testimonio vita, vel honor tuus in discrimen adducendus erit. ibidem.
6. Quis aliquis in domo reclusus, videt inimicum, qui expectat eum egredientem, ut occidat: Hic potest, & non potest, illum interimere, si aliter seruari non valet. ibidem.
7. In foro conscientiae licet, & non licet, alium pro honoris defensione interimere. pagina 275
8. Licet, & non licet, occidere eum qui mortem minatur, si talis solutus sit, minas executioni mandare. ibid.
9. Princeps, aut quisvis alius Reipublicæ perquam commodus tenetur, & non tenetur, inuadentem se occidere. p. 276
10. Certo scit miles, bellum à suo Principe institutum iniustum esse, & hic à milite iuste dimicante inuaditur: Hic quidem potest, & non potest, in sui defensionem iustum inuasorem interimere. ibid.
11. Quando quis inuasorem interi-

- mit potest, & non potest, eius necem directe intendere tanquam medium ad sui defensionem necessarium. ibid.
12. Licitum est, & non est, licitum in propriarum facultatum defensionem inuasorem interimere ibidem.
13. Religiosi possunt, & non possunt ad temporarium bonorum defensionem raptorem occidere. p. 277
14. Potest quis, & non potest, pro defensione rei, quæ vnius aurei valorem non excedit, inuasorem de medio tollere. ibid.
15. Priuato, cuique homini licet, & non licet, gladio, veneno, prodicione, aliæque quavis vi occidere Regem tyrannicè dominantem, Regnum scilicet iam possidentem ex tyrannide. pag. 278.
16. Hostis Vrbi minatur excidium, nisi quis innocens interimatur: Potest hic, & non potest, licitè à ciuibus interimiri. ibidem.
17. Licitum est, & non est, bannitum proditorie interimere. ibidem.
18. Licet, & non licet, propriam vitam exponere pro vita amici conseruanda. p. 279.
19. Licet, & non licet, propriam vitam pro honore, aut facultatibus amici exponere. ibid.
20. Potest quis, & non potest, ab intereptione sui ipsius, ex inimicibili ignorantia excusari. ibidem.
21. Martyr tenetur, & non tenetur, à carcere fugere, si potest commode, & sine scandalo. p. 280
22. Reus sciens Priorem aduentare ad se capiendum, licite potest, & non potest, eum expectare, & in aperto carcere fugam omittere. morti addicendus. ibid.
23. Carthusiani possunt, & non possunt, in mortis periculo vesci carnibus. ibid.
24. Licet, & non licet, vigiliis, ieiuniis, asperitatibus, &c. vitam abbreviare. p. 281
